

A tiam dicentis, Si enim quæ destruxi hæc iterum ædifico, prævaricatorem meipsum constituo. Quæ verba scilicet si tam sinistro animo ipse Apostolus inteligeret, nec christianus nec Apostolus fieret, nec prædicator ædificaret Ecclesiæ, quas persecutor ante destruebat. Nusquam itaque isti se tam aperte indicarunt, cur nec superati corrigi voluerit, quācum de testantur Hispanos, quod post sententias suas alter prolatas, collegarum discussione posteriori⁹ iudicio cesserunt. Quam enim hoc factum est de manutene dñe christiana, tam illud de contentione diabolica; & ideo non mirum quod ista humilitate pax custodita est, & illa elatione dirupta. Proinde illis recte redditur quod fecerunt. Docuerunt enim talia posteros suos. Nam & Maximianistæ non ob aliud in trecentorum & decem collegari suorum, à quibus Primitianus, quem primo ipsi damnauerunt, innocens iudicatus est, iudicio confidere noluerunt, nisi pro dicta contumacia lentientiam apostolicam imperitis opponendo & dicendo. Si enim quæ destruxi hæc eadem ædifico, prævaricatorem meipsum constituo. Destruxerant enim centum collegæ Priminianum, & eum propterea cum trecentis rursus ædificare noluerunt.

B Ita cum se cauere fingunt ne hominem ædificant quem destruxerant, seipso malo schismatis sacrilegi destruxerunt. Sed tamen si viueret Parmentianus, nō auderet iam reprehendere Hispanos, & eos appellare prævaricatores, quia sententia sua in collegarum sententiam defluxit, ne ipsi offendere t collegas suos, qui multi Priminianum iam à se damnato in melius correcti, ad trecentorum concilium tranfierunt, magis eligentes contra suas proprias venire sententias, quācum contra pacem vnitatis, etiam in parte Donati, & maxime Prætextato Afluritano, & Feliciano Musticazno parceret Parmentianus, qui etiam damnati à trecentis & decem coepiscopis suis, ad eoldē ipsos à quibus damnati fuerant, studio concordia redierunt, & à suis damnatoribus eodem studio sine vilo sui honoris detimento, pro pace suscepisti sunt, nec quicquam rebaptizandos putauit, qui fuerat ab eis foris in schismate baptizati. An forte quia multum disiplicit Parmentianus qui corrigit sententias suas, & eos, non intelligens Apostolum, prævaricatores vocat, detestatur eos, quia intro redire quācum foris remanere maluerunt, & adiunctis sibi nonnullis similibus locis, etiam Parmentianistas crearet, sicut iam multa frusta de isto frusto per totam Aphricam facta sunt. Sic sic necesse est, vt minutatim facti consciens dispereat, qui tumore animositas sua catholicas pacis lassitudine vinculo prætulerunt. Neque enim tam timenda sunt quæ communitat Parmentianus, quām intuenda quæ confitetur.

C Cum enim diceret per Oium Hispanum adiutorium præstatum Cæciliiano, vt ad eorum communionem sanctorum & illibatorum numerus cogeretur, & hunc impietati fidem feritorum dei integrum restituisse, vltro passus est fuos iplos adjisse Constantinum, & arbitrio eius à iudicibus Episcopis causam cognitam, quibus præfuit Melitiades Romanæ virbi Episcopus. In quo iudicio sicut Ecclesiastica gesta testantur quia vici sunt isti, & innocens Cæcilianus inuentus est, eundem Melitiadem traditionis accusant. Quod quare quomodo cognoverint? Si enim ante iudicium, non sibi præiudicare debuerunt, vt apud talen iudicem carcerem agere inciperent, etiam ex præcepto imperatoris quem ipsi adierant, tale subiere iudicium. Si autem post dictam causam prolatamque sententiam eum traditorem didicisse perhibent, vt quead eo demētes sunt homines, vt ducetos iudices apud quos vici sunt, vici litigatoriibus creditæ esse polponedos. Et tam in his omnibus quāuis magna temeritate Ita-

Tomus septimus.

Ios, Gallos & Hispanos accusant, relictis cæteris tam multis prouincijs atque gentibus, à quibus nefando sacrilegio separati sunt, quibus utique obesse non possent crima Italorum, Hispanorum atq; Gallorum, etiam si vera dicerentur: iam enim cæteras terras cœco more, vel potius furore arguunt. & eis irascuntur: quia cum duæ partes essent in Aphrica, una inquit traditorum, & altera innocentium, tradidores sibi quām innocentes adiungere maluerunt. Quæ una communio brevissime atque iustissime ita refellitur, quia cum duas partes audissent esse in Aphrica, una traditorum, alteram innocentium, eam innocentem esse crediderunt, quæ causam suam apud vicinos Ecclesiasticos iudices obtinuerat. Quapropter illi semper innocentes manerunt, qui nelientes quemadmodum ista in Aphrica gesta sunt, id tamen crediderunt quod pacifice ac religiose credere debuerunt, à quibus innocentibus separatio nullo modo innocens esse potuit.

Fatetur etiam Parmentianus Cap. VI.

ad Arelatense oppidum, & Episcopos indices & partes ex Aphrica conuenisse, Cæcilianus scilicet atque Donatistas, vbi omnia suis credidit, qui nihil vici potuerunt quod iudicibus conqueriri nec tame[n] negat rursum eos ad Constantimum venisse. Et quia ibi quoque ultime iudicio superati sunt, etiam ipsum gratia corruptum esse criminarunt. Quibus omnibus consideratis, qui sine studio partium iudicat, eligat quibus credit, vtrum iudicibus sententias proferentibus, an litigatoriis contra quos prolatæ sunt, litem finire nolentibus. Certe orbis terrarum iudicibus credit. Qui autem Donatistis consentiunt, eosque defendunt, fatentur le illius Ecclesiæ esse, quæ causam suam, qualisunque illa fuerit, non potuit tamen in transmarinis tot disceptationibus obtinere, & eorum aduersus iudices murmuræ & crimina, credula vanitate suscipiunt. Qui in re i[n] innocentes se dicunt, & eos quos superatos scimus: quanto innocentiores sunt qui temere aliquid mali de ipsis iudicibus credere nolunt de quibus necesse est vt qui vici fuerant conquerantur. Non solum enim qui bonam causam perdidit, de iniquo vel tardo vel negligenti iudice queritur, sed etiam qui iustissime vicit est, ea cæcitate de innocentie iudice murmurat, quia cæcitate cum innocentie aduersario litigabat. Quapropter isti non ideo scelerati sunt, quia de omnibus viciis nolunt temere aliquid credere: sed ideo quia se furore schismatis præciderunt ab eis innocentibus, qui multo rationabilius nolunt tales aliquid de ipsis iudicibus credere. Existat enim aliqua illarum partium in nomine Christi nobilissima Ecclesia, vel ex illis septem, et si placet potissimum Phi[li] Apoc. 3, ladelphe, quæ de mystico nomine per linguam Graecam fraternali[m] intimat charitatem. Audiamus igitur vocem eius, nec eius palea loquatur, sed frumentum.

Si ergo dicat istis, quid in me arguitis fratres, quid Protopope accusat? quanto interallo secundum terrenum loci pænia ab Aphrica remota sim, partim nosse, partim audire potuistis. Quid ibi tunc sive tradidores, sive traditorum vel accusatores vel damnatores, sive innocentium vel calumniatores vel oppræstores eggerint, profus ignoro. Sed ille dominus noster qui emit totum mundum precio sanguinis sui, cuius sancta commercia Prophe-ta tanto ante cecinit, dicens, Foderunt manus meas Psal. 21, & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero considerauerunt & inspexerunt me, diuiserunt vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortes. Inter nos & vos non spatio constituit vacua & nuda christianis, impletum haec omnia sanctificatione nominis sui: in ipso quippe psalmo passionis, non soli quanti, sed etiam quantum emerit declaratum est: ibi enim paulopost dicitur, Reminiscentur & conuententur ad dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in con-

a iiiij spectu